currat qui legerit. Esa. viij. a. Sume tibi librum grandem et scribe in eo stilo hominis: id est intelligibiliter. Uel ad litteram stilo hominis fuit scriptum in eo quando fuit ipe cluis affixus cruci: et quando vnus militum lancea latus eius aperuit: Job. xix. f. Scōm autem q̄ ipse scripsit in seipso iudicabuntur alij: nisi easdem litteras vel similes ipsi scripserint in seipsis. Uel vocem audiunt clerici: quādo in sortem dñi eliguntur et fiunt eis cozonę/et postmodum debent accipere librum: id est sacram scripturam legere et audire. Et hoc: De manu angeli: id est boni theologi: quem vident facere ea quę dicit qui etiam nuncius est dei seruum inutilem se reputādo et non dñm. b Stantis supra mare: id est qui. s. non timeat aduersa et amet prospera: quia qui talis est non emolliet scripturam sed veritatem dicet: vnde talis esset quęrēdus magister: et tali credendum est. Sed multi de oze volunt accipere librum qui. s. volunt audire placentia. Et prophetа respondet statim: immo loquimini nobis errozes. q. d. in hoc q̄ quęritis vobis placēcia idem est ac si dicatis: inducite nos in errozes. Item multi accipiunt a pede: sicut illi qui propter ꝫ audiunt theologiam: vt propter hoc procedant vltius: id ē in dignitatibꝰ terrenis pedem ponant. Alij accipiunt a dorso siue a posteriori. s. illi qui lucratiuas scientias audiunt: quia ꝫ non possunt esse nisi propter posteriora quę diligunt et quę runt. Hi sunt de genere agar ęgyptiacę ancillę sarai quę dicit Gen. xlij. d. Profecto hic vidi posteriora videntis me: propterea appellauit puteū illum viuentis et videtis me. Sic faciūt isti qui cum inueniunt locum notabilem: qui ad causas et lucra valet bene signant: ac si dicant: Hic vidi posteriora: et tunc appellāt scientiā suā puteū videtꝫ et viuētꝫ: et quasi per hāc habeant vitam/sic diligunt eam. Et quid valet tñ respicere posteriora: id est iustiniani instituta quę post se curiosis hominibus legenda reliquit. Proculdubio parum quia sine his
Ad litteram
posset cęna duci. i Et abij ad angelum: Post prędictum statim obedire paratus. ad angelum/accedat et in ꝫ nobis relinquens exemplum obedientię et ostendens et docēs q̄ sapientiam debemus a deo postulare. Jaco. j. a. Si quis indiget sapientia/postulet a deo nihil hęsitans. Dicit ergo: Et
Ps.54. abij: id est a carne et mundo recessi. Ps̄. Ecce elongaui fugiens et sic veni. k Ad angelū dicens ei/ vt daret mihi librum: id est gratiā intelligendi. Et loquitur ꝫ Iohānes in persona prędicatorum in postremo tempore futurorum q̄ forsitan doctores veritatis non habebunt nisi angelum et spiritumsanctum. l Et dixit mihi: accipe librum: id est itellige quid debeas facere in tribulatione positus: et ꝫ spiritu reuelante. Matth. x. b. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non enī vos estis qui loquimini: sed spiritꝰ patrꝭ vestri qui loquit in vobis. m Et deuora illum: Nō dicit/mastica exponendo vl̄ prędicando/sed deuora includendo in corde et memoriter retinendo: quia mysteria ecclesię tunc malis non erunt prędicanda: sed tñ erunt a bonis ne pereant colligenda. n Et faciet amaricari ventrē tuum
Aliter
vl̄ de Iohāne Ifalit totū. l Accipe librū. i. liberū ꝑdicādi vsū: q̄ ꝫ iā habebas i te affectū et intellectū. m Et deuora.
* In hoc notat
Moraliter
l Et abij ꝛc̄. Moralit/clericꝰ de manu angeli debet li
y * brū accipere/nō de manu

ricari ventrem tuum. Hoc dicit: quia in corde suo & memoria quę est venter animę sacramẽta & mysteria ecclesię tũc eos oportebit celare: qđ facient: libenter enim ea prędicarent si audiri ab aliquibus possent. a Sed in ore tuo erit dulce tanq̃ mel. Dulcissimum enim videbit esse: si veritatem quam habebunt in corde possent exprimere sermone. Sed signabit liber/sicut .s. eodem dictum est. Signa quę locuta sũt/septem tonitrua. Daniel. xij. c. Tu autem daniel claude sermones & signa librũ vsq̃ ad tempus statutũ. Hoc erit post mortẽ ãtichristi: vbi libere postea p̃dicabũt: & tẽpore ãtichristi nõ audiẽt: vñ nec tũc p̃dicabũt. Eccl̃j. xxxij. a. Ubi non est audit⁹ mõ effũdas sermonem.

a ricari ventrem tuum: sed in ore
b tuo erit dulce tanq̃ mel. Et ac-
c cepi librum de manu angel⁹
d et devoravi eum: & erat in ore
meo tanq̃ mel dulce. Et cum
devorassem eum / amaricatus e

Aliter ✱ In hõ notat exit⁹ Iohannis ab hac vita: q̃ etsi aliquãdiu p̃ desiderium mysteria ecclesię incorporavit sibi: nõ tñ p exteriorẽ effectum: qz per passionem de corpore non migravit: etsi eam in desiderio habuit. Et hoc est qđ dicitur: Devora illum / per desiderium: Et faciet amaricari ventrem tuũ. In hoc exprimitur compassio quam habuit de christi passione & tñ dulce erat ei passionem prędicare. Unde dicit: Sed in ore tuo erit dulce tanq̃ mel. Ut os ẽ ratio: qz in eo discernim⁹ sapores. Uẽter ꝓ sensualitas ꝑm quã erat Iohãni amax p̃dicere aduersitates futuras: sed tñ dulce ꝑm rationem.

Moraliter ✱ brũ accipere / nõ ꝺ manu dęmonis qđ ꝑmo fac̃ q̃ scripturã legit vt querse exponat eã. Et tal⁹ debet abire. i. a pristina p̃versatiõe mala longe recedere. Uñ ꝺr hic: Et abij ad angelũ. Et p detestationẽ pcti: secũdo p ꝓtritionẽ: tertio p confessionẽ & p/positum non peccandi. Unde Eçech. iij. c. Spiritus quoq̃ leuauit me in contritione: & assumpsit me in confessione: & abij amar⁹ in indignatione spirit⁹ mei: id est pristinã meã conversationem detestatus sum et abhorrui: Et tũc potest qui talis est ab angelo librum petere: id est internam consolationẽ scripturę vel occultorum scripturę intelligẽtiã & cognitionẽ. Hic est enī liquor optimus: qui non debet infundi nisi in vas mũdum. Unde dauid: cum secreta & occulta sapientię sibi dixis-
Ps. 50. set esse manifesta: Incerta & occulta / inquit / sapiẽtię tuę manife-
Ps. 118. stasti mihi. Subiũ git post pauca. Cor mundũ crea in me de-
Ibidem us. Talis erat idẽ cũ dicebat: Da mihi intellectum vt discã mandata tua. Et illud. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Et Sap̃. ix. a. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam: & noli me reprobare a pueris tuis quoniam seru⁹ tuus sum ego & fili⁹ ancillę tuę & exigui temporis & minor ad intellectum iudicij & legum. Et si quis erit consũmatus inter filios hominũ / si abfuerit ab illo sapientia tua in nihilum computabitur. Tali qui sic petit dicit ab angelo: Accipe librũ per intellectum: Et devora illum / per affectum. Deus enī si quem paratum invenit qđ necessariũ est sponte offert: vt dicit Glo. s. ij. d. Si quis mihi aperuerit cęnabo cum illo & ipse mecum. Sed in devoratione venter amaricatur: quia abstinentia vel pęnitentia sensualitati vel corpori dura videt. Unde Hiere. xlv. a. Hęc dicit dñs ad te o baruch: Dixisti vę mihi/sero mihi quoniam addidit dñs dolori meo laborẽ cum gemitu meo & requiem non invenī. Sed tñ dulce est in ore: id est in cogitatione rationis vel intelligẽtia cordis. Unde Eccl̃j. xxiij. c. Spirit⁹ enī meus sup mel dulcis & hęreditas mea sup mel et fauum. Uel hoc dicitur de quibusdam prędicatorib⁹ quib⁹ valde dulce est prędicare sed amarissimũ facere. Mat. xxiij. a Quę dicunt facite: quę autem faciunt nolite facere. Hoc etiã dicitur gulosis: quibus nimis delectabilis sapiunt in ore cibaria: et propter hoc nimis se ingurgitant. Unde venter ad litteram grauatur prę crapula & ebrietate: et aliquando totum corpus oportet deficere. Eccl̃j. xxxvij. d. In multis escis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit vsq̃ ad choleram. Propt crapulam multi obierunt. Uñ Eccl̃j. xxxj. d. Amaritudo animę: vinũ multum potatum. Hoc etiam dicitur de illis qui ꝓ/pozalia bibunt quasi lac cum dulcedine / sicut Isaias: Judic. v. d. Et obdormiũt somniantq̃ se esse in vera delectatione: sed cum euigilauerint in morte inuenient se vacuos bonis: sed plenos amaritudine. Unde Esa. xxix. c. Sicut somniat esuriens et comedit: cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius: Et sicut somniat sitiens & bibit: et postq̃ fuerit expergefactus lassus adhuc sitit: sic erit multitudo omnium gentium. Propt hoc ꝺr Esaię. xxiij. b. Ingemuerunt omnes q̃ lętabant corde: cessauit gaudium tympanor / quieuit sonitus lętantiũ / consonantia dulcedo citharę: cũ gaudio non bibẽt vinũ amara erit potio bibentib⁹ illam. Item hoc dicitur de illis quibus peccatũ dulce est: et illud abscondunt & celant qui in fine amaritudine et dolore implebunt. Job. xx. b. Cum enī dulce fuerit in ore eius malũ abscondit illud sub lingua sua: parcet illi & nõ derelinquet illud & celabit in gutture suo / panis ei⁹ in vtero illi⁹ vertetur in fel aspidum. Hiere. xxiij. c. Ecce ego cibabo eos absinthio & potabo eos felle. b Et accepi librum. Secunda pars vbi ostendit Iohãnes q̃ ad mandatum angeli statim librum accepit. Unde dicit: Et accepi. q. d. quia ad angelũ gratias agendo veni. Propter hoc accepi librum / c De manu angeli: id est subsecutus sum doctrinam & operationem christi. d Et devoravi eum: vt prius erat mihi imperatum. e Et erat in ore meo tanq̃ mel dulce: et cũ devorassem eum: amaricat⁹ est venter meus: Totũ expositũ est. Quomodo amaricat⁹? Quia dic̃ Eccl̃s. j. d. qui apponit scientiam addit & dolorẽ. Sed illud est verum de scientia non faciente gratum: quia illa acquiritur cum dolore. Itẽ de dono scientię etiam verum est: quia illa ostendit quomodo volendũ sit ꝓ bonis omissis & malis cõmissis. Unde Hiere. iij. e. dicitur bis: Uentrem meum ventrẽ meũ doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me. f Et dixit mihi. Tertia pars: vbi dicitur ei q̃ ad hoc liber ei datus est vt gentibus et populis prędicet. Et dixit mihi: oportet te iterum prophetare gentibus & populis & linguis & regib⁹ multis. Hoc exponitur de Iohanne / ad litteram: qui postq̃ de exilio rediit libere prędicauit. Sed quid est hoc qđ dicit q̃ regibus prędicauit: cum postea non exiuit de asia: Sol. Scripto prędicauit regibus multis: et verbo: gentibus et populis. Post reditum enim de exilio quia asiã corruptã inuenit: & multis hęresib⁹ & errorib⁹ viciatã / euãgelij scripsit vbi fere cõtra oẽs hęreses disputauit. Ut ꝑm misterij dicit p̃dicatoribus extremi temporis / qui iterum: id est antichristo occiso libere prędicabunt.

f venter meus. Et dixit mihi:
Oportet te iterum prophetare populis & gentibus & linguis & regibus multis.

Expositio Capituli. XI.

s Et datus est mihi (Ca. XI
b c calam⁹ similis virgę: et

Et datus est mihi calamus &c. Quia Iohanni in fine prędecentis capituli ꝓmissa fuit libera potestas prędicandi & de exilio reuertendi: Propterea in prima parte huius capli vndecimi ostendit ei modus prędicãti Deinde in secũda promittunt ecclesię enoch & helias. Et hęc est quarta consolatio promissa ecclesię: sicut diximus in ꝓncipio p̃cedentis capituli. Hęc pars incipit: ibi: Et dabo duobus testibus meis. In tertia agitur de septimo angelo in quo terminatur tertia visio: ibi: Et septim⁹ angelus tuba cecinit &c. Ubi etiam incipit septima pars secundę partis totius visionis in q̃ specialit agit de singulis ãgelis statib⁹ ecclesię in quibus eã consolat. Dicitur⁹ de modo prędicandi prius ostendit libertatem sibi datam esse dicẽs: g Et dat⁹ est mihi calamus: id est libertas prędicandi scripturam: et simul auctoritas. Unde et sequitur: b Similis virgę Per virgam auctoritas regia designatur. q. d. ex auctoritate iubentis recepi libertatem prędicationis. Prędicatio autem dicitur calamus: quia sicut scriptura calamo scribit: sic amor dei & virtutes ministerio prędicationis / cordibus hominis in-

g serunt. Roma.

serunt. Roma.x.d. Fides ex auditu: auditus autem p ver/
ps.44. bum dei. Unde ps. Lingua mea calamus scribę. Hiere.
xxxj.f. Dabo legem meā.s.charitatē in visceribus eorum ꝛ in
cordibus eorum scribam eam: ꝛ ero eis in deum: ꝛ ipsi erunt
mihi in populum. Item prędicatio scripturę comparat vir/
gę: quia docet regere oues: id est homi/
†ps.2. nes. ps. Reges eos in virga ferrea. Et
†ps.44. alibi. Virga directionis/virga regni tui.
Esa.xxj.c. Super speculam dñi ego sū
stans iugiter per diem: ꝛ super custodiam
meam ego sum stans totis noctibus. Itē
virga flagellantur pueri vt erudiant: sic ꝛ
nos per scripturam erudimur. Eccl.xxx.
a. Qui diligit filium suum assiduat illi fla
gella: vt lętetur i nouissimo suo ꝛ non pal
pet proximorum ostia. Et statim sequit:
Qui docet filium suum/laudabit in illo.
Item sicut virga flexibilis est in omnem
ptē: ita sacra scriptura oīs sentētię catho/
licę recipit expositionem. ij. Timoth.iij.d. Oīs doctrina vel
scriptura diuinitus inspirata/vtilis est ad docendū/ad arguē/
dum/ad corripiendū/ad eruiendū in iusticia vt perfectus sit
homo dei. Item flecti docet ad compassionem. ij. Cor.xj.g.
Quis infirmatur ꝛ ego non infirmor? Esa.lxj.a. Ut mederer
contritis corde ꝛ prędicarem captiuis indulgentiā ꝛ clausis
apertionem. Quia Jaco.j.d. Religio munda ꝛ immaculata
apud deū ꝛ patrem, hęc est visitare pupillos ꝛ viduas in tribu
latione earum. Item rectos facit suos sequaces: sicut virga
recta est. Prouerb.viij.a. Oēs sermōes mei recti nō est in eis
prauū quid neq; puersū: recti sē intelligentibus ꝛ equi iuentē/
tib⁹ scientiā. Cant.j.b. Recti diligunt te. Data iohāni liberta
te prędicandi/ostenditur ei modus. Unde sequitur: a Sur
ge: id est teipsum virtutibus ꝛ bonis operibus sursum erī/
ge. b Et /tunc/ metire templum dei: id est ecclesiam.
Metiri ecclesiā est a norma ipsius nō recedere. Unī Ezech.
xl.a. Ecce vir cuius erat species quasi species ęris: ꝛ funicul⁹
lineus in manu eius ꝛ calamus mensurę i manu eius. Vir iste
prędicator est qui debet virere virtutibus. Per ęs q̄d sono/
rum est ꝛ durabile/significatur perpetuitas prędicationis ꝛ so
noritas laudis ꝛ confessionis quę debet esse in p̄dicatore. Fu/
niculus lineus est castitas: quam non solum in ore debet habe
re prędicator: sed in manu: id est in opere. Calamus etiā men
surę debet in manu eius esse: id ē in opere: p quē intelligit debi
ta mensuratio rerum mundi. Res enī mūdi debet habere sub
debita mēsura ꝛ rationabili. Et hoc i manu: quia multi de pau
pertate loquunt eam i ore habētes: qui eam fugiunt nolentes
manu tenere vl tangere. c Et altare: id est christum. q. d.
Hęc prędica ꝛ scribe quę congrua sunt ecclesię ꝛ quę de chri/
sto dicenda. Uel/ Templum ꝛ altare metire/ tu prędica
tor: id est maiores ꝛ minores fideles ecclesię diligenti sollici/
tudine circumspice: vt vnūquemq; doceas pro sua capacitate
Sic faciebat apostolus qui simplicib⁹ simplicia prędicabat. j.
Cor.iij.a. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiri/
tualibus sed quasi carnalib⁹: tanq; paruulis in christo lac po
tum dedi vobis non escam. j. Cor.ij.a. Non enī iudicaui me
scire aliquid inter vos: nisi iesum christum ꝛ hunc crucifixum.
Item maioribus maiora. j. Cor.ij.b. Sapientiam autem lo
quimur inter perfectos: sapientiam vero non hui⁹ sęculi neq;
principum huius sęculi qui destruuntur sed loquimur dei sa/
pientiā in misterio quę abscondita est. d Et adorātes
in eo/metire.s.id est ostende qualiter fideles debeāt adorare.
Sed quęritur hic: quare ecclesia fidelium hic iubetur mensura
ri/ cum econtrario ecclesia diaboli quę est ecclesia malig/
nantium numerata sit ꝛ non mensurata. s. ix.c. Et numerus
equestris exercitus ꝛc. Sol. Quia vna est columba mea: id ē
ecclesia: Cant.vj.c. Una dico: quia vni continuata. s. christo
per vnū mandatum. s. charitatis. Continuum autem indi/
uisibile est actu etsi non potentia: propter hoc ecclesia mensu
ratur: quia continui est mensura: quia vero regnum diabo/
li diuisum est: diuisorū autem ꝛ discretorū est numerus: et p/
pter hoc regnum diaboli munerat. s. Et Daniel.v.g. Ma/
ne/tethel/phares: id ē regnum tuū muneratum est/appensū ꝛ
diuisum. e Atrium autem: id est peccatores qui non sūt
de ecclesia: etsi numero/nō tñ merito. Unī f Qđ est fort
templum: id est peccatores qui nō sunt de numero fideliū.
j.xxij.c. Foris canes ꝛ venefici ꝛ impudi
ci ꝛ homicidę ꝛ idolis seruientes ꝛ omnis
qui amat ꝛ facit mendacium. g Ejice
foras: id est prędic esse ejciendos ꝛ dā/
nandos. Hoc fuit significatū in electione
adam de paradiso: Gen.iij.d. Jtē in elec
tione ancillę sarę: Gen.xxj.c. Gal.iiij.d.
Ejice ancillam ꝛ filium eius. Atrium eti
am dicuntur peccatores: quia etsi p bap
tismū sint sanctificati: tñ intus sunt pecca
tis pleni: sicut atrium terra sancta est ꝛ tñ
ibi reponuntur cadauera mortuorum et
conseruantur. h Et ne metiaris il/
lud: sed eis prędicatiōem subtrahe: nec
enim merentur metiri calamo verbi qui nolunt subesse dei p̄/
cepto. Et quare: i Quoniam datum est gentibus:
id est mores gentium/sequitur: et eis in virgis conformatur.
k Et ciuitatem sanctam: id est ecclesiā. l Calcabūt
gentes.s. m Mensibus quadraginta duob⁹: id est
tribus ānis ꝛ dimidio: Ut falsi christiani similes in conuersa/
tione gentibus conculcabūt ecclesiam tempore antichristi: et
plus nocebunt q̄s gentes. Unde in significationem huius:
legitur. j. Machab. vij.c. q̄ alchimus qui erat de iudęis
multo plus nocuit eis q̄s gentes. Quadraginta duos men/
ses sunt tres anni ꝛ dimidius. Uel per hunc numer qui fit ex
senario ducto in septenarium: vt econuerso/intelligitur scōm
quosdam tota presens vita: vbi semper mali persequunt bo/
nos: Qđ significatū fuit in b q̄ hismael persequebatur isaac.
Gen.xxj.b. Et esau iacob. Gen.xxvij.g. Oderat autē esau
iacob pro benedictione quam benedixerat ei pater dixitq; in
corde suo: Uenient dies luctus patris mei ꝛ occidā iacob fra/
trem meum. Hoc etiam significatum fuit in hoc q̄ filij israel
quadraginta duas mansiones fecerunt in deserto: sicut legit
Numeri.xxxiij.a. ibi enī numerant. n Et dabo duob⁹
testibus meis. Secunda pars capituli in qua fidelibus p/
mittunt enoch ꝛ helias. Et hęc est consolatio quarta ecclesię
promissa: Et dicunt in hac parte nouem. Primo ostenditur
q̄diu prędicabūt isti duo. Secūdo de habitu corpis eor: ibi:
Amicti saccis. Tertio de habitu mentis: ibi: Hi sūt duę
oliuę. Quarto de fiducia eorum ꝛ constantia: ibi: Et si ās
voluerit. Quinto de potentia eorum: ibi: Hi habent po/
testatē. Sexto ō morte eor: ibi: Et cum finierint. Septi
mo de resurrectiōe eorum: ibi: Et post dies tres. Octa/
uo de eorum ascensione in cęlum: ibi: Et audierunt vocē
magnam. Nono de plaga futura mundo in ascensione eo/
rum: ibi: Et in illa hora factus est terrę motus. Dicit
ergo. Et dabo: non dicit quid: ad significandū q̄ inęstima/
bile erit q̄d dabit eis. Simile in ps. Pona in salutari: Nō ps.11.
dicit quid: quia omne bonum ponit in eo. o Duobus te/
stibus: Ecce sufficientia testiū: quia in ore duorum vel triū
testium stat omne verbum: Matth.xviij.b. Uel/ Duobus/
dicit: quia de duobus prędicabūt. s. de diuinitate christi ꝛ hu
manitate. Uel de/duobus. s. de christo ipsum cōmendando
et magnificando: ꝛ de antichristo ipsum reprobando ꝛ dam/
nabilem ostendendo. Uel/duobus: quia de vtroq; testamē
to accipient q̄d ipsi prędicabunt. Uel/duob⁹: quia premia
bonorum ꝛ pęnas malorum nunciabūt. p Testib⁹ meis:
Primo prędicando. Act.j.a. Et eritis mihi testes in hieru/
salem ꝛ in omni iudęa ꝛ samaria ꝛ vsq; ad vltimū terrę. Se/
cundo moriendo. s. ij.d. Et in diebus illis antipbas testis me/
us fidelis qui occisus est apud vos. q.d. in hoc ꝛ per hoc est
testis me⁹ quia occisus ē pro me. Et in hoc q̄d dicit/ Dabo:
notatur q̄ maximam gratiam facit dñs homini cui dat vt p
eo sit martyr: sicut dic Interlin. Per hoc etiā q̄d dicit: duo/
bus/intelligunt alij prędicatores: qui duo dicuntur propter

a dictum est mihi: Surge et me
b tire templū dei et altare et ad/
c orantes in eo. Atrium autem
f g h i qđ est foris templum ejice fo/
ras: et nē metiaris illud: quo/
k l m n o p niam datum est gentibus. Et
ciuitatem sanctam calcabunt
mensibus quadraginta duo/
bus. Et dabo duob⁹ testibus

ꝑ geminā charitatē/dei.ſ.ꝛ proximi. Unde ꝛ dñs miſit eos bi/
nos ante faciem ſuam in omnē ciuitatē ꝛ locum quo erat ipſe
venturus: Luc̄.x.a. a ¶Et prophetabūt diebus mil/
le ducentis ſexaginta: id eſt tribus annis ꝛ dimidio: vt di
cit Glo. Sed contrarium videtur dicere alia Glo. dicēs. No
ta q̄ hi dies non per
ficiunt tres annos et
dimidiū. Et hoc eſt
verum: quia ad hoc
q̄ tres annos ꝛ dimi
diū perficerent opor
teret adhuc addi tri/
ginta vnū dies. Sed
non eſt cōtrarietas:
quia iſti prędicabūt
ſolūmodo tanto tem
pore: quanto chriſt⁹
prędicauit. Chriſt⁹
eni poſtq̄ fuit bapti
çatus ſuperuixit tri/
bus annis ꝛ dimidio
non tñ integro: quia pro dimidio anno computat tantū tem/
poris: quantū eſt ab epiphānia dñi vſq̄ ad paſcha. Unde ſi/
cut chriſtus in prędicatione ſua oīno ꝛ przeciſe non pfecit tres
annos ꝛ dimidiū: ſic iſti non perficient. Et hoc ſignificat in b
q̄ numerus qui hic ponit non pficit przeciſe tres annos ꝛ di/
midium: ſicut dicit Glo. Et hęc ſolutio habetur de Interliſ.
quę dicit: Sicut ipſe chriſt⁹ prędicauit. Et ē hic etiā notandū
q̄ de illis trib⁹ annis ꝛ dimidio. i. eo tpe qō fuit ab epiphania
vſq̄ ad paſcha/q̄ Iohānes fuit incarcerat⁹ chriſt⁹ nec apte p̄di
cauit nec apte fecit miracula: ſed tm occulte/deferēs Iohānī: qz
adhuc Iohannes baptiſta non erat incarceratus ſed libere prę
dicabat: qui in paſcha qō fuit poſt annū ꝛ dimidiū a baptiſ/
mo chriſti fuit incarcerat⁹/ꝛ tunc dñs publice cępit prędicare
et docere: et in fine duorum annoꝝ fuit crucifixus. Johānes
aūt baptiſta ante dñm fuit occiſus vno āno poſtq̄ vno anno
fuit in carcere detētus. Nos igitur ad exemplum dñi/ nobis
indoctioꝝ⁹ deferre deberem⁹ in doctrinis ꝛ p̄dicationib⁹/ ſi
vere exemplum ipſius dñi ꝛ imitationē ſequeremur. Alia ſo/
lutio poſſet dari. ſ. q̄ ſcriptura non facit vim in minutijs nu/
meroꝝ: et propter hoc per prędictum numerū intelliguntur
tres anni ꝛ dimidius: et ſi numerus ille non perficiat totum:
quia poſito maiori numero/ non fit vis in minori. Sed pri/
ma ſolutio verior ꝛ melior. b ¶Amicti ſaccis. Hic agit
de habitu corporis: Ecce quomodo ad dies iuuentutis ſuę
reuertet eccleſia i ſua ſenectute. Fere eñ idē legit de prędicone
primi aduentus. ſ. de Iohanne baptiſta. Marci. j.a. Et erat
Iohannes veſtitus pilis camelorum ꝛ çona pellicea circa lum
bos ſuos. Hoc etiam de eſaia legitur: qui non tñ prophęta:
ſed euangelicus ꝓnunciator fuit dñicę incarnationis. Eſa. xx
a. Solue ſaccum de lumbis tuis. Et ibidem. l.b. Induam cę/
los tenebris ꝛ ſaccum ponam operimentū eorum. q.d. ſancti
prędicones vltimi aduentus: licet ſint cęli ſplendentes virtuti/
bus: tñ reputabūt viles ꝛ miſeri. Qui ergo p̄ciosis ꝛ mollib⁹
indumētis induunt nō vident eſſe nūtij vel p̄cones aduent⁹
chriſti/ſed magis receſſus. c ¶Hi ſunt. Hic notatur habit⁹
mentis. Dicit ergo: Hi ſunt duę oliuę ꝛ duo candela/
bra. Oliuę propter opera bona quę in ſe habebunt: vel pro/
pter opera miſericordię quę exercebunt de ſe conſolando de/
ſolatos. Zach. iiij. d. Iſti ſunt duo filij olei. Sed candelabra
propter lumen doctrinę qō exhibebūt alijs. ſ. exhortādo bo/
nos ꝛ arguendo malos. d ¶In conſpectu dñi terrę: id
eſt dei. e ¶Stantes: etſi ſint caſuri corporaliter in conſpe
ctu antichriſti. Stantes/dicit: quia in nullo inclinabunt ſe an
tichriſto. f ¶Et ſi quis. Hic oſtendit fiduciam eorum ꝛ cō
ſtantiam dicens: Et ſi quis voluerit eos nocere/ſicut an
tichriſtus: qui blandimentis ꝛ cōminationib⁹ conabit eos at/
trahere: non przualebit/ vt a propoſito prędicationis eos
cohibeat: quia/ g ¶Ignis: id eſt ſētētia ſpiritual⁹. b ¶Ex/
iet de ore eorum: cui non poterūt reſiſtere oēs aduerſarij:

Luc̄.xxj.c. i ¶Et deuorabit inimicos eorum: id eſt
deuorandos eſſe oſtendet ꝛ damnādos. Qō fuit ſignificatum
iiij. Regl. j.b. in duobus q̄nquagenarijs: qui conſumpti ſūt
ab igne: qui ad preces helię deſcendit de cęlo. Quando aūt
videbat eos iflexibiles eſſe/ temptabit eos occidere. Unde ſe
quit: k ¶Et ſi q̄s
voluerit eos lę/
dere: id eſt occidere
morte corporali: ſi/
cut facient ātichriſt⁹:
l ¶Sic: id eſt ſimili
ſententia ſicut prę/
miſi/ m ¶Oportet
eum occidi: id eſt
condemnari. Anti/
chriſtum eni ꝛ ſuos
oſtendent ꝛ prędica
bunt eſſe damnan/
dos. n ¶Hi ha/
bent. Hic quinto
agit de poteſtate eo
rum/dicēs. Hi habēt: id eſt habebūt poteſtatē. o ¶Clau/
dendi cęlum: ad litteram. p ¶Ne pluat diebus pro
phetię ipſorū: quę durabit per tres annos ꝛ dimidiū. Et
hoc fuit ſignificatū. iij. Regl. xvij. a. vbi ad p̄ces helię clau/
ſum fuit cęlum/ne daret rorem vł pluuiam annis tribus ꝛ ſex
menſibus. Jaco. v. d. Helias homo erat ſimilis nobis paſſi/
bilis ꝛ oratione orauit vt non plueret ſuper terram: et nō plu
it annos tres ꝛ mēſes ſex. Vel cęlum appellatur hic ſcriptura:
quę celat nobis arcana dei: quam illi quādo volent aperient.
Hęc eni ſemper prędicabūt/ſed tempore opportuno: quia vt
dicit Eccl̄s. viij. d. Omni negocio tempus eſt et opportuni/
tas. q ¶Et poteſtatem habent ſuper aquas con/
uertendi eas in ſanguinē: ad litteram: ſicut factum eſt i
ęgypto per manū moyſi: Exo. vij. d. r ¶Et percutere ter/
ram omni plaga quotiēſcūq̄ voluerit: ſicut fuit ęgy/
ptus plagis percuſſa. Sed hac poteſtate non vtent ipſi: quia
actus miraculoꝝ eſt ad vtilitatē: tunc vero nō erunt vtilia p/
pter hominū incredulitatē: et quia etiam antichriſt⁹ faciet mi
racula. Vel/ Aquas/ vocat ſuas doctrinas: quas ipſi con/
uertent in ſanguinem: id eſt in peccatum: id eſt contra pecca/
ta eorū quos viderint eſſe reprobatos/quos etiā damnādos
prędicabūt. Moraliter. Ęlum claudit q̄n ſuperbia quę natio/
ne eſt cęleſtis repmit. Sed terra pcutit: q̄n auaricia reprobat
quę ſignificat per terrā. Quia Eccl̄j. x.b. Auaro nihil eſt ſce/
leſtius: plecit eni in terrā intima ſua. s ¶Et cū finierint.
Hic ſexto agit de morte eorū ꝛ de illuſione quā faciēt eis ma
li. Dicit g̃: Et cū finierint teſtimoniū ſuū. i. p̄dicationē
ſuā poſt tres annos. ſ. et dimidiū. t ¶Beſtia. i. antichriſt⁹:
De quo. j. xvj. ſatis. v ¶Quę aſcēdit/apicē regni. x ¶De
abyſſo. i. de vilitate trib⁹ ꝛ generis. Et p̄ notat etiā q̄ de
fornicatione naſcet: quia/ de abyſſo: id eſt de peccato: vel
ſaltem de iudęis excęcatis: quia de dan. Vel/ De abyſſo. i.
de ꝓfunda ꝛ obſcura tenebroſitate malicię qua erit plen⁹: etſi
in p̄ncipio ante⁹ ſublimet videat bon⁹: et tyrāni ꝛ hypocritę
ponent eū in regno. Daniel. vij. b. Ecce beſtia quarta/regnū
. ſ. romanoꝝ: terribilis ante fidē atq̄ mirabilis poſt fidei ſuſcę
ptionē/ꝛ fortis nimis in vtroq̄ ſtatu: dentes ferreos habebat
magnos. Hoc dic: qz oēs domuit ꝛ ſibi ſubiugauit. Et pau/
lo poſt. Et ecce cornu paruulū. i. antichriſt⁹ ortū ē de medio
eorum: qui tpe regni romani naſcet: Et quādo fiet diceſſio a
romano imperio reuelabit. ij. Theſſal. ij. a. Hęc beſtia/ p
¶Faciet aduerſus illos. i. enoch ꝛ helią/ bellū/ multis di/
uerſiſq̄ diſputatiōib⁹ ꝛ miraculoꝝ opationib⁹. s ¶Et vicet
illos ꝛ occidet eos: corpalit. a ¶Et corpa eoꝝ iacebūt
i platęis/ diuerſis: vel qz ſimł occiſi de vna platea portabū
tur in diuerſas platęas vt videāt eos homes ꝛ timeant imitari
eos vel conformari eis: Vel foſitan occident in diuerſis lo/
cis/ b ¶Ciuitatis magnę: id eſt hieruſalē: quę ꝺr magna:
quia ſemper pro magno ē habita. Hiere. vj. b. Hęc ē ciuitas
ꝛ viſitatiōis: oīs

Moraliter

visitationis omnis calūnia in medio eius. Vl magna in vi
tijs sicut olim in virtutibus. Unde sequitur: a Que vo
catur spiritualiter sodoma: id est muta a laude dei. Esa.
j.c. Audite verbum dñi principes sodomorū: t percipite au
ribus legem dei vestri populus gomorre. Hoc dixit esaias p
tempore antichristi.
Threñ.iiij.a. Ma
ior effecta est iniqui
tas filie populi mei
pctō sodomor. b
Et egypt⁹. i. tene
brosa sine ꝓgnitiōe
t flebil. Ibit enī i te
nebras exteriores vbi
erit fletꝰ t stridor dē
tium: Matth.xxij.b
c Ubi t dñs eo
rum: id est christus
cui ipsi seruient/ d
Crucifixus est: id
est fuit/ad litterā cor
porali passione vel
spiritualiter crucifi
getur in suis: scōm
qō ipse dñs dixit petro: Vado romam iterum crucifigi. Quia
Matth.xxiiij.d. Qđ vni ex minimis meis fecistis: mihi feci
stis. Unde Act.ix.a. Paulo persequenti sanctos/dixit: Sau
le saule quid me persequeris: e Et videbunt/multi/ de
populis t tribuꝰ t linguis t gentibus: quidam ocu
lis: quidam fama: f Corpora eorum per tres dies et
dimidium/iacere. s. super terram. Et hoc fiet vt magis ter
reātur homines/ne eis acquiescant. Sed quare hoc permittet
dñs: vt. s. tam crudeliter tractent t tam inhumane. Sol. In
hoc notat mirabilis dei dispensatio: qz per hoc magis erit evi
dens eorum resurrectio. g Et corpora eorum non si
nent poni in monumentis: ne eorum memoria habeat.
Ecce magna illusio. Sed cū terra illa sit calida nūquid nō pu
trescēt corpora eor que per tantū tempus erunt inhumata:
Et si hoc: quomodo poterunt sustineri: Sol. Non putre
scent: quia solidata erunt propter esum vel vsum ligni vite: q
ipsi modo vescuntur t viuunt i paradiso terrestri: tū tamdiu
possent sic esse q putrefierent. Vel potest dici q hoc q nō pu
trefient erit a virtute diuina vt eorum bonitas magis appare
at t cognoscatur quando resurrexerint. h Et inhabitan
tes terram: id est mali terrena amantes. i Gaudebūt
super illos: quia occisi sunt. k Et iocundabunt et
munera mittēt inuicē: pre gaudio: putātes se esse liberos
t securos illis occisis: q eor vite derogabāt t ꝺicebāt. Sap.
ij.c. Contrarius ē operibꝰ nostris. Unde sequit: m Quo
niam hi duo prophete/enoch t helias. n Cruciauerī
eos qui habitant super terram: id est malos: quorum
damnationem prędixerunt/t ita cruciandos annūciauerunt.
Vel/Cruciauerunt eos/ contradicēdo iniquitati eorum.
Tunc enī mali cruciantur cum boni exaltantur: vel quan
do eis contradicunt. Sed cum deberet dicere/inhabitātes
hierusalem: quare dicit terrā: Sol. Per hoc spiritualiter
intelligitur q omnes sancti qui terram viuētium inhabitant:
i Gaudebūt/spiritu. k Et iocūdabuntur/corpore.
l Et mittent inuicem munera/ congratulationū de h:
m Quoniam hi duo prophete cruciauerunt tē.
id est audacter restiterunt malicie malorum. Quia Prouer.
xxviij.a. Justus quasi leo confidēs absq terrore erit. o Et
post dies tres. Hic septimo agit de eorum resurrectiōe di
cens sic. Et post dies tres t dimidiū spiritus vite:
id est anima que dat vitam. p A deo. s. missa intra
uit in eos. Cū dicit a deo: notatur q resurgent corpora et
q non naturaliter sed miraculose. Sed queritur de istis quo
modo resurgāt/aut sic laçarꝰ/ aut sic christꝰ: Si pmo modo:
ergo fiet eis iniuria iterꝝ morientur. Si secūdo modo q in cor
poribus glorificatis/ sicut christus: ergo ante alios: qđ est cō

a gnę: qūę vocat spiritualiť so
b doma et egyptus/ vbi et dñs
c eorum crucifixus est. Et vidē
bunt de populis et tribubus
f t linguis t gentibus cōrpora
eorum per tres dies t dimidi
s um: t cōrpora eorum non si
nent poni in monumētis. Et
h inhabitātes terrā gaudebūt
k sup illos: iocundabūť et mu
l nera mittent inuicē: quōniā
m hi duo prophetę crūciauerūt
n eos qui habitant super terrā.

o Et pōst dies tres t dimidium
p q spiritus vitę ā deo intrāuit in
r s eos. Et stēterunt super pedes
t suos: et timor magnus cēci
v x dit sūp eos qui viderūt eos.
y z Et audierunt vōcem magnā
a de cęlo dicentem illis: Ascēn
b c dite huc. Et ascēderūt in cęlū
d e i nūbe: et viderūt illos inimici
f eor. Et i illā hora fact⁹ ē terrę
g motus magnus: t decima ps
b ciuitatis cecidit. Et occīsa sūt
i i terrę motu noia hoim septē

tra apostolū. Heb.xj.g. Deo no bis melius prouidente vt
non sine nobis consummarent. Sol. Non resurgent moritu
ri iterum: Oz queritur: vtrum in corporibus glorificatis: dici
potest q sic: sed hoc erit eis speciale priuilegium specialiť da
tum propter speciale testimoniū: propter qō occidentur. Sz
si in corporibus glo
rificatis: quomodo
ergo videbuntur ab
hominibꝰ: Sol. Oz
corpus glorificatū
qñ vult t cui vult se
ostendit: quia quan
do vult pōt vti pal
pabilitate: et sic etī
am se potest visibile
exhibere: et ꝺ habet
corpus glorificatum
a natura glorificatio
nis. Dicunt tñ aliq
q quādo se ostendit
corpus glorificatū:
hoc est per miracu
lū: Vl potest dici q
anima intrabit cor
pora eorum nō vt in organa/ sed vt in materia. Sed tñ magꝭ
videtur q comparabit anima ad corpora vt ad organa: per
hoc qō dicitur q spiritus vitę itrabit in eos. Sequit. q Et
steterunt super pedes suos/ viui: id est stabūt postq re
surrexerint. Sed vt superius dictum est: quia nunc alunt fru
ctibus paradisi qui corrupti nō sunt/ corpora eorum non fete
bunt: et ex hoc videtur q difficilius morientur q alij ho
mines. Et hoc est verum: quia grauissima erit eis mors: quia
maxime vigebunt in eis sensus t sic maxime sētient. r Et
timor magnus: ex tam subita eorū resurrectione. s Ce
cidit/sicut pondus opprimens: vl pro dei reuerentia: vl pro
inferni pena. t Super eos qui viderūt eos/ tam glo
riose resurrexisse. Job.xxxj.c. Semper enī quasi tumētes su
per me fluctꝰ deū timui t pōdꝰ eiꝰ ferre nō potui. v Et au
dierūt/enoch t helias. Et agit hic octauo loco de admira
bili eorum ascensione. x Vocem magnam: id est mag
ne potestatis. y De cęlo dicentem ascendite huc/ad
consortiū sanctor ō medio hominū impior. z Ascēdite:
qz pus descēdistis humiliati t saccis induti. Luc.xiiij.c. Qui
se humiliat exaltabit. a Et ascēderūt i cęlū in nube/
sic christꝰ. Act.j.b. Oz sic ipsū maxime imitati st in sustinē
da pro eo tribulatione: sic et ei conformes erūt in ascensione:
Vel/ b In nube: id ē in corporibꝰ subtilibꝰ t leuibus sub
tilitatis factis. Vel/ In nube: id est christo duce. Michee
ij.d. Ascēdet enī pādēs iter ātē eos tē. c Et viderūt illos
inimici eorum/cum gloria ascendētes t cum honore dedu
ctos vt possint dicere illud Sap.v.c. Nos autem insensati vi
tam illorum ęstimabamꝰ insaniam t finem sine honore: ecce
quomodo computati sunt inter filios dei t inter sanctos sors
illorum est. d Et in illa hora. Hic nono agit de plaga fu
tura mundo post ascensionē eorum. Et in illa hora/mortis
.s. vel glorificationis eorum. e Factus est terremotus
magnus: ad litteram. Vel/ f Terrę: id est terrenor qui
in morte eorum audacius mouebuntur ad destructionē eccle
sie: vel ad suam damnationē t punitionem in inferno: vel ali
qui ad pęnitentiā. g Et decima pars ciuitatis ceci
dit. i. sancti omēs qui debent decimū ordinē angelor restitue
re se humiliauerūt corā deo/reddentes gratias. Vel/ Ceci
derunt: ad litteram gladio ātichristi mulctati. h Et occi
sa sūt nomina hominum. i. homines digni nomine vsq
ad/ i Septē milia. Hęc sunt illa septē milia: de quibus
dicitur. iij. Regū. xix. d. Derelinquam mihi septem milia ho
minum qui non curuauerunt genua ante baal. i. ante anti
christum. Hi ad litteram occidentur ab antichristo: qz eum
nolent adorare. Vel hoc dicit quia mortui sūt mundo. Vel
g Decima pars ciuitatꝭ. i. turba oīm malor q ꝑ denariū

significatur: quia est numerꝰ diminutiuꝰ: et qui decem pręcepta non seruat: et qui decalogum pręceptorum seruantes in ecclesia condemnāt. Vel omnes reprobi dicuntur decima pars: quia qui nulli ordini angelorum modo in ecclesia deputantur damnabuntur. Ecclesia enim militans fit ad similitudinem triūphantis. Qđ enī dicitur q decimꝰ ordo angelorum ceciderit qui debet ex hominibꝰ restaurari: sic intelligēdum est: q tot de nouē ordinibꝰ ceciderī: q inde posset decimus ordo fieri. Qui ergo de nullo nouem ordinū erit: de decima parte erit: et ita de damnatis. Hic cecidit: id est cadet i infernum. Et occisa sūt noia hoim septē milia. Septē: quia vniuersi. Milia: quia i malicia perfecti: vt dicē Glo. Et dicunt noia: mali: quia tm̄ habent noia t non rem nominū. Unde Numeri. xvj. a. dicitur de dathan et abirō q p noia vocabant: et tm̄ ira absorbuit eos. Esa. xliij. f. Perdam babylonis nomē t reliquias t germē. a Et reliqui: qui. s. non sunt in peccatꝰ induratī. b In timorē sunt missi: timentes ne cadant cum pręmissis. j. Cor. x. c. Qui se existimat stare: videat ne cadat. Vel: In timorē: reuerētię dei. c Et dederunt gloriam deo cęli. Boni enī amplius gratias agent quando malos videbunt damnari. Prouerb. xix. d. et. xxj. b. Multato pestilente paruulꝰ sapientior erit. d Ve secundum abijt: id est tribulatio tempore antichristi electis inferenda pertransit. e Et ecce vę tertium: id est pauor qui erit in iudicio adhuc venturus. f Cito veniet: quia prope est. g Et septimus angelus tē. Hęc visio tertia quę incipit octauo capitulo supra: in qua agitur de angelis septem consolantibus ecclesiam: diuidebat in duas partes: quia primo dicuntur quędam generalia illis septem angelis in principio octaui capituli. Secundo agitur singulariter de tubicinio singulorum angelorum. Et hęc secunda pars incipit: ibi: Et primus angelus tuba cecinit. Et hęc diuisa est in septem: sm̄ q sunt septem angeli. Jam de sex illorum dictum ē: Hic dicitur de septimo. Unde hęc ē septima pars secundę partis huius visionis et tertia pars huius capituli vndecimi. Per hunc etenī angelum designatur ordo prędicatorum qui erunt post mortem antichristi. Hęc autem pars diuidit in tres partes. Primo enī agitur de exaltatione iustorū et quiete eorum in comparatiōe ad pęnam malorum: de qua immediate dictum est. Secundo ostenditur quomodo sancti tunc agent gratias deo: ibi: Et vigintiquattuor seniores. Tertio ponitur causa quare sic gratias agent: quia. s. deus t in malos iudicabit t bonos exaltabit. Et de hoc gaudentes deum cōmendabunt: ibi: Quia accepisti virtutē tē. Dicit ergo: Et septimus angelus tuba cecinit: id est septimꝰ ordo p̄dicatorꝝ p̄dicauit: id ē p̄dicabit. Quęcūq; aūt in pręcedenti angelo t in isto dicūtur per pręteritum: propbetali certitudine intelliguntur de futuro. h Et facte sunt voces magnę in cęlo: id est in sancta ecclesia cęlesti conuersatione sublimata. i Voces: exultationes. s. bonorum laudantium deum de vita t pace collata eis t de damnatione impiorum iuste sibi reddita. Esa. lj. a. Cōsolabitur dñs sion: id est ecclesiam t consolabitur omnes ruinas eius. Bis dicit consolabitur: quia ecclesia tempore antichristi duplicem desolationem sustinebit. Unam quidem quia erit multis persecutoribus vexata. Et aliam: quia non faciet tūc miracula. Et propter hoc post mortem antichristi in tempore septimi angeli: duplex erit consolatio. s. pax t multiplicatio fidei. Tunc enim omnes iudei conuertentur ad fidem christi. Voces: dico. k Dicentes: factum est: per ostensionē qđ prius erat
Ps. 9. sm̄ veritatem. Ps. Cognoscetur dñs iudicia facies. l Regnum huius mundi: id ē vniuersitas fidelium. m Domini nostri: id est dei patris. n Et christi eius. s. filij

a milia: et reliqui i timorem sūt
c missi: et dederūt gloriam deo
d cęli. Vę secundum abijt: t ecce vę tertium veniet cito. Et septimꝰ angelꝰ tuba cecinit: t facte sūt voces magnę i cęlo dicentes: Factū est regnū huius
k mundi dñi nri et christi eius: t regnabit i sęcula sęculorū
m ămē. Et vigintiquattuor seniores
n qui in conspectu dei sedent in sedibus suis: cecidērūt i facies
p suas: t adorauerūt deū dicen-

a. Et regnabit

vt dicit Interlin. Hui⁹ regni trāquillitas etiā tūc in mūdo incipiet: quando christus spiritu oris sui antichristum interficiet: t sancta ecclesia: quasi dimidię horę silentio. s. tempore qđ sequitur vsq; ad finem mundi pacificata quiescet. Et hoc est qđ dictum est. s. viij. a. Factum est silentium in cęlo: id est in ecclesia: quasi dimidia hora. Et propter hoc etiam dicitur hic: Factum est tē. et non fiet: regnum tē. Quia extunc fraudulentia t iniquitas diaboli penitus deficiet: et in suis fidelibus vniuersis deus perpetua pace t tranquillitate regnabit. Unde sequitur: o Et regnabit: ipse fidelis in deo t deus in eis. p In sęcula sęculorum: id est in eternū. Daniel. vij. e. Suscipient autem regnū sancti dei altissimi: t obtinebūt regnū vsq; in sęculum t in sęcula sęculorum. Et in eodē pauloante de christo. Potestas eius: potestas eterna quę non auferetur: t regnū eius qđ non corrumpetur. q Amen. q. d. vere fiet qđ dictum est: semper enim deus regnabit in sanctis. Notandum autem est q mundus tribus modis accipitur. Est enī mundus cuius deus creator est. s. vniuersalis fabrica mundi. De q Joh. j. a. In mundo erat: t mundus per ipsum factus est. Item est mundus cuius deus redemptor t saluator ē. s. vniuersalis ecclesia fidelium. De quo Joh. iij. b. Sic deus dilexit mundum: vt filium suū vnigenitum daret. Item est mundus: cuius diabolus est princeps. s. vniuersalis malicia t concupiscentia sęculi. De quo. j. Joh. ij. b. Nolite diligere mundum: nec ea quę in mundo sūt. Primus mundus semper est dei: nunq; diaboli. Tertius est diaboli quantum ad prauam actionem: sed dei est quo ad prauę actionis ordinationem. Viro enim modo fit: vt deus malum qđ a se non habet ortum: minime reliquat sub se inordinatum. Secundus mundus est dei: ita q non diaboli: quia etsi modo diuina permittente prouidentia a diabolo concutitur atrocit flagellis t pscutionibꝰ callide calumniat: acrit impugnatur crudeliter laniatur: tm̄ firmū habet firmamentum: quia omnia cooperantur in bonum: bis qui sm̄ propositum vocati sunt sancti: vt dicitur Roma. viij. e. Huius mundi regnum: perfecte fiet dei: quando vniuersalis ecclesia penitus liberabitur a seruitute corruptionis in libertate filiorum dei: Roma. viij. d. r Et vigintiquattuor seniores. Hic agit de gratiarumactione quas sancti reddēt deo. Post generalem igitur omniū sanctorum laudationē: subiungit specialem perfectorum t malorum gratiarumactionem dicens: Et vigintiquattuor seniores: id est vniuersi prędicatores t doctores t ecclesiastici iudices t rectores. Per hunc numerum significantur patres t noui t veteris testamenti: sicut s. liij. dictū est. Duodenarius enim est numerꝰ abundans: propter qđ per ipsum significantur boni qui semper in virtutibꝰ crescunt t abundant: sicut per denarium qui est numerus diminutus significantur mali: vt dictum est. s. eodem. c. Et decima pars ciuitatis cecidit tē. Per numerum autem perfectum significatur christus: qui nec diminuitur sm̄ fructes nec augetur: quia tātū habuit ab initio: quantū habet modo: sicut numerus perfectus est qui nec augetur nec minuitur sm̄ suas partes. s Qui in conspectu dei sedent: Actiue: quia finis t intentio eorum semper est ad deum: Vel passiue: quia ipsi a deo approbantur: vel quia iudicant quę diuino conspectui placent. t In sedibus suis. Hoc dicit: quia sedentes super thronos duodecim cum deo iudicabunt: Matth. xix. d. Vel: In sedibus: id est in pręmijs. v Ceciderūt in facies suas: id est in cordibus se humiliauerunt. Vel sm̄ Glo. In faciem cadit: qui in hac vita culpam agnoscit: eamq; pęnitendo diluit. Retro ꝺo cadit qui non agnoscit: sicut beli. j. Reg'. iiij. c. x Et adorauerunt deum: ei fideliter cōfitendo. Matth. iiij. b. Dominum deum tuum adorabis. y Dicentes: gratias agim⁹ tibi domine deus oi-

potēs. j. Thessal. v. d.

potēs.ſ.Theſſal.v.d. In omnib⁹ gr̄as agite. a Tibi: cui ſoli pro tot ⁊ tantis beneficijs debemuſ. b Dñe/cui ſeruimus. c Deus/quē colimus. d Omnipotens/quē timemus. Bel/Deus/creando. Dñs/redimendo. Omnipotens/iudicando. e Qui es/immutabiliter. f Et eras/ſemp: contra manicheoſ. Joh. viij. g. Anteq̄ abraā fieret/ego ſum. g Et qui venturus es: ad iudicandum vel poſt iudicium regnaturus in ſanctis in p̄petuum. Exo. xv. c. Dñs regnabit in etnū ⁊ vltra. h Qz acceꝑiſti. Hic oſtēdit quare gratię ſunt agendę deo: quia. ſ. bonos liberauit et malos damnauit. q. d. talis ac tantus es: et ꝓpter hoc laudādus: quia acceꝑiſti virtutem tuam magnam/reſurgendo non alienam/vt antichriſtus. j. xiij. a. Et dedit illi draco virtutem ſuam ⁊ poteſtatem magnam. Virtutem: contra corꝑis infirmitatē: Vl̄ virtutem acceꝑit quando ſpiritumſanctum mittens dedit apoſtolis fortitudinem. Luc. vltl. g. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Hoc etiam dicit: quia ſicut virtute ꝓpria reſurrexit: ſic virtute ꝓpria in cęlum aſcendit. i Et regnaſti: tuos a diabolo defendendo: ⁊ eos virtutibus ⁊ bonis operibus muniendo. k Et irate ſunt gentes: id eſt mali gentiliter ⁊ carnaliter viuentes regnum ſibi contrariū videntes ſurgere. Sap. ij. c. Contrarius eſt operibus noſtris. Hoc eſt qđ dicit Pſ. Pſ.89. Dñs regnauit/irascantur populi. l Et aduenit ira tua id eſt iuſta vindicta quę eſt ſignū irę. m Et tempus mortuorum iudicari: id eſt ſeparari bonos a malis. q. d. tempus venit ⁊ oportunitas: quando mortui iudicentur: id eſt boni a malis ſeparentur. Matth. xxiij. c. Et ſepabit agnos ab hędis. n Et/ſuple aduenit tempus/ o Reddere mercedem. i. vt reddatur merces/ p Seruis tuis prophetis: id eſt maioribus ſanctis qui prędixerunt alijs ⁊ prędixerunt quę accident eis. q Et ſanctis ⁊ timentib⁹ nomen tuum: id eſt minoribus. Sap. x. d. Reddet deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum. r Pusillis ⁊ magnis: idem eſt qđ ſanctis timētib⁹ ⁊ propbet. s Et. ſ. aduenit tempus t Exterminandi eos qui corruperunt terram: id ē ſeipſos per terrena opera quę fecerunt et alios quibus male viuendi exempla dederunt. Hoc ē igit vę ſeptimi angeli. ſ. exterminatio malorum in fine mundi: de quo dixit. ſ. eodem. c. Et ecce tertium vę venit cito.

a tes: Gr̄as agim⁹ tibi dñe de⁹
b ōmnipotens: qui es et qui
c eras et q̄ ventur⁹ es: quia accę
d piſti virtutē tuā magnā et rēg
e naſti. Et irate ſūt gentes: et ad
f uenit ira tua: et tēp⁹ mortuo
g rū iudicari: et rēddere merce
h dē ſeruis tuis ꝓphetis et ſanc
i tis ⁊ timētib⁹ nomē tuū pusil
k lis ⁊ magnis: et exterminādi eos
l q̄ corruperūt terrā. Ca. XII

m T apt̄ū eſt tēplū dei in
n cęlo et viſa ē arca tēſta
o menti ei⁹ in templo ei⁹.

Exposicio Capi. XII.

T apertum eſt templum ⁊c. Hęc eſt quarta viſio quę recte ſequitur ad prędecedentes: quia in ſecunda viſione actum eſt ō reuelatione myſteriorum quę fuit ſignificata per apertionem libri. In tertia actum eſt de manifeſtatione eorum per prędicationem. In hac ꝯo agitur de ꝓfectu eccleſię qui poſt reuelationem ſecretorum ⁊ prędicationem eorum debet ſequi. Hęc autem viſio continet tria capitula. Diuiditur autem in duas partes. Primo eni oſtenditur ꝓfectus eccleſię in perſecutione. Secundo agitur de iudicio vbi pro ſua patientia remunerabunt boni ſuſtinentes: et pro ſua malicia punientur mali perſequentes: ibi: Et vidi et ecce nubem candidam ⁊c. j. xiij. c. Item quia ꝓfectus eccleſię eſt in perſecutione. Duplex autem eſt ipſius perſecutio: a diabolo. ſ. ⁊ ab antichriſto: quibus eccleſia ſine diuino auxilio non poſſet reſiſtere. Propter hoc etiam pars prima diuiditur in tres. Quia in prima agitur de ꝓfectu eccleſię ſub perſecutione diaboli quę incępit a principio eccleſię. in B capitulo. ſ. xij. Et apertum eſt templum. In ſecunda de ꝓfectu eiuſdem ſub perſecutione antichriſti quę erit circa finem mundi: et hoc in. xiij. ca. j. ibi. Et vidi de mari beſtiam aſcendentem ⁊c. In tertia ꝯo agitur de auxilio diuino impenſo eccleſię contra tyrannidē antichriſti: in. xiij ca. j. ibi. Et vidi ⁊ ecce agn⁹ ſtabat ſupra mōtem ⁊c. Dicit ergo: s Et aptū ē templū. Hoc duodecimū capitulū habet duas partes. In ꝑma agit de ꝓfectu eccleſię ſub occulta ꝑſecutione dęmonis. In ſecūda de ꝓfectu eiuſdē ſub aperta tribulatione/ibi: Et poſtq̄ vidit draco q̄ pie⁹ eſſet i terrā ⁊c. Pars etiā prima huius capituli ſic diuiditur: qz ꝑmo oſtendit ordinatio huius viſionis ad p̄cedentia. Scōo ꝓfect⁹ eccleſię deſcribit: ⁊ ecōuerſo inſidię diaboli cōtra ipſam: ibi: Et ſignū magnū apparuit i cęlo ⁊c. Tertio adiutoriū eccleſię oſtendit per qđ diabolus ne oꝑimat mulierē. i. eccleſiā deijcit: ibi: Et peperit filiū maſculum ⁊c. Quarto oſtendit quō congratulant ſancti de vtroq̄. ſ. et de adiutorio eccleſię ⁊ de diaboli delectione: ibi: Et audiui vocem magnā ⁊c. Dicit ergo: v Et apertū eſt. Hoc oſtendit q̄ hęc viſio quarta dependet a duabus p̄cedētibus. Unde duo ponit hic. Quoꝝ vnū pertinet ad ſecundam viſionem. ſ. q̄ dicit: Apertum eſt templum ⁊c. Aliud qđ ꝑtinet ad tertiā: ibi: Et facta ſūt fulgura ⁊c. Sed exō videtur q̄ hęc viſio quarta nō incipit hic: Et aptū eſt templum: ſed potius: ibi: Et ſignū magnū apparuit ⁊c. Sol. Immo quę hic oſtendunt iohānī ꝑtinētia ad ſcām et tertiam viſionē non oſtendunt: niſi inquantū ſecūda ⁊ tertia. ſ. viſio ſit cauſa ꝓfect⁹ eccleſię quę determinat in hac quarta viſione: et ſic non oſtenditur qđ ꝑtius oſtenſum eſt. Et aptum ē templū dei i cęlo. i. manifeſtata ſūt ⁊ reuelata myſteria dei in eccleſia: quę dicit cęlū/habēs lumiaria doctrinę. Luminare mai⁹: doctrinā apl̄oꝝ: luminare min⁹: doctrinā expoſitoꝝ ſingulę ſtellę ſunt ſingulę animę. Vel ſcriptura dicit cęlum: i qua templū fuit clauſū: q̄diu liber fuit ſignat⁹ ſub figuris ⁊ obſcuritatib⁹. Sz apertū eſt: qñ veritate veniente vmbra receſſit: ſicut tenebrę auroza aſcendēte. Singulę ſententię ſunt lumiaria hui⁹ cęli: vel quattuoꝝ modi exponēdi ſenſus. ſ. allegoricus/anagogicus/tropologicus/et hiſtoricus. Et dicitur ſcriptura cęlum: quia per multiplicē expoſitionē ē extenſa. Pſ. Extendēs cęlū ſicut pellem. Daniel. xij. b. Pertranſibunt plurimi ⁊ multiplex erit ſciētia. Pſ.103. Templū igitur eſt veritas ſcripturarū cui⁹ aptio eſt manifeſtatio earū: quę a chriſto ⁊ ab apl̄is fuit facta. Vel/Templū/coꝛp⁹ chriſti: apertū eſt i cęlo. i. in eccleſia: ad ſram in cruce vnde exierūt eccleſię ſacramēta. Item aptū eſt in eccleſia ꝑ ſuam bonā ꝑuerſationē ⁊ apl̄oꝝ ipm imitātiū: ⁊ p̄dicationē ḡ tota ē ō chriſto: q̄ eſt mihi materia p̄dicationis: ſicut habitū eſt. ſ. viij. in ꝓncipio. De vtroq̄ templo ⁊ chriſto ⁊ ſcriptura dicitur Ezech. xliij. c. Fili hois oſtende templū dñi iſrael ⁊ ꝓfundant ab iniquitatib⁹ ſuis. Heb. xij. a. Aſpicientes in auctorē fidei ⁊ ꝓſummatorē ieſum. Aperto templo. i. veritate ſcripturę manifeſtata/ſtatim ſequitur: x Et viſa eſt arca teſtamenti eius. i. chriſtus qui ꝓmo inuiſibilis in deitate factus eſt et viſibilis in humanitate. Baruch. iij. d. Poſt hęc in terris viſus eſt ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Qui dicitur arca: quia tria veraciter habet in ſe: quę erant litteraliter in arca legis. Ibi eni erāt tabulę teſtamēti ⁊ virga aaron ⁊ vrna plena manna. Et ipſe chriſt⁹ verus ē teſtis operū noſtroꝝ. ſ. j. b. Qui eſt teſtis fidelis ꝓmogenit⁹ mortuorū. Hoc ſciebat ille qui dicebat Job. xvj. d. Ecce eni in cęlo teſtis me⁹ ⁊ conſcius me⁹ in excelſis. Item virga noſtrę diſcipline ſuper eum fuit. Eſa. liij. b. Diſciplina pacis noſtrę ſuper eum. Item manna habuit deitatis. Col. ij. a. In quo ſunt omnes theſauri ſapiētię ⁊ ſcientię abſconditi. Et in eodem paulopoſt. In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis coꝛpoꝛaliter: Vel in ipſo ſunt

& tabule testamenti: quia ipse est nobis eruditio & forma viuendi. Item virga quo ad peccatorum paternam correctionem. Item manna quo ad filiorum blandam consolationem: De quo Sap. vij. d. Candor enī ē lucis ēternę & speculū sine macula dei maiestatis: ī quo debemus & mirari & inspicere/ vt si qua macula est in nobis ad aspectum huius speculi eā detergamus. De secūdo Heb. xij. c. Quis enī filius quem nō corripit pater: Propk

